

Johann Wilhelm Petersen


Illustri & Venerando Theologo Augusto Varenio, Seniori totius Universitatis Rostochiensis meritissimo ... Suo desideratissimo Lapidariam Cum Elegia moerens posuit, & Euthino Holsatorum transmisit Johann Wilhelm Petersen, Episcopi Lubecensis, Ducis Holsatiae a Confessionibus & Concionibus sacris, & Episcopatus Lubec. Superintend.

Rostochii: Weplingius, 1684

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777161885>

Druck Freier  Zugang






Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn777161885/phys_0001

DFG



Illustri & Venerando Theologo
**AUGUSTO
VARENIO,**

Seniori totius Universitatis Rostochiensis
meritissimo,

Præceptori, Hospiti, ac Collegæ
qvondam

Suo desideratissimo

LAPIDARIAM CUM ELEGIA

mœrens posuit,

&

Euthino Holsatorum

transmisit

**JOHANN WILHELM
PETERSEN,**

Episcopi Lubecensis, Ducis Holsatiæ

à Confessionibus & Concionibus sacris,

& Episcopatus Lubec. Superintend.



ROSTOCHII, Typis JOHANNIS WEPPLINGI, Acad. Typogr.
ANNO M DC LXXXIV.

LAPIDARIA.

HIC ^{**}SITUS EST

AUGUSTUS VARENIUS

PER ANNOS XLII. PROFESSOR

VERE MAGNUS THEOLOGUS

SECVLI HUIJUS AUGUSTINUS

ET FUTURI DOCTOR.

GRÆCUS, ARABS, SYRUS, CHALDÆUS

CONFUSAS NON CONFUSE DOCVIT LINGVAS

SANCTAM SANCTE EXPRESSIT.

TOT ERRORIBUS SE UNUM OPPOSUIT

HÆRESES CONTRA SCRIPSIT, ET PROSCRIPSIT.

JUDÆOS APELLAS DISSECVIT,

CALVINUM DETONDIT

PHOTINUM AB ARCE, PONTIFICES DE PONTE DEJECIT.

VERE PROFESSOR ET CONFESSOR RELIGIONIS.

CUM LOQVERETUR, AUT SCRIBERET

NON DICERE, SED FULGURARE CREDERES.

O FELIX MESOSELENIUM

IN QVO SOL VARENIUS TOT ILLUSTRAVIT DISCIPULOS!

O FELIX ROSA SUB HUIJUS CULTURA!

O ORBIS!

SUBSISTE CALAME. LASSARIS, NON SEQVERIS.

NEC AUGUSTO HOC LAPIDE

ANGUSTUM EXPRIMES.

DECESSIT, NON HABENS ULTRA

QVOD DISCERET, SIVE DOCERET,

ÆQVE ANNIS AC MERITIS GRAVIS.

XV. MARTII BONUM CERTANS CERTAMEN

OCVLIS CLAUSIS VIDIT CHRISTUM, QVEM AUDIVERAT,

ET QVEM AMAVIT, CUM NON VIDIT.

VIVE AUGUSTE VARENI,

MELIORI ACADEMIÆ!


ET OSCVLARE SALVATOREM!


ELEGIA!

E L E G I A

A Senibus venerande Senex, AUGUSTE VARENI,
 Cujus in Augusto corpore magna Anima.
 Quem Varus, quem Balbis amat, quem suspicit Arctos,
 Cujus mansurum nomen ubiq; viget.
 Ast haec parva tibi, sicut sunt parva, videntur,
 Despicitur magnam quicquid in orbe fuit.
 Sat Tibi sidereis scriptum quod Nomen in astris,
 Hoc Nomen novit nemo, nisi accipiens.
 Salve incorrupti novus advena & incola seclī,
 Sol ubi perpetuus, Sol ubi Christus agit.
 Langueo nunc, tantaq; domus exardeo amore,
 O quis erit, qui me transferat, O quis erit!
 Coelestes anima! populus genialis Amorum,
 Vos niveae mentes! Candidulq; greges!
 Vos! O vos nitidi dulcis Respublica caeli!
 Tuq; O Jerusalem Regia Mater ave!
 Quam nulla lites, quam nulla est Heresis illic,
 Vox una, una Fides regnat, & unus Amor!
 Hic verum ut verum, DEUS hic sine nube videtur,
 Quaq; regi cupiunt mystica, cuncta patent.
 Fare age, VARENI, quantum haec Academia praestet,
 Et quantum distet sordida terra Polo!
 Nunc tua Te CONJUX ulnis caelestibus ambit,
 Hic Pater, hic Proavus basia pura dabunt.
 Cernitur aeterni resplendescencia Patris,
 Ille DEI magni Filius, ipse DEUS!
 Hoc viso felix, & in oscula pendulus Agni,
 Mille capis plausus, gaudia mille capis.
 Augusto satis est Augustum cernere CHRISTUM:
 Sat vidit, CHRISTUM qui sibi rite videt.

Sonnet.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn777161885/phys_0008

DFG

PERSONALIA.

derlich aber deßhalben berühmt gewesen
von andern Königen/Chur-Fürsten /
Städten / zum Theil in ihre Universita-
anzurichten oder besser zubestellen / zu
re Kirchen und Schulen zu reformir
ordnen (wie denn in Oesterreich und in
Marek geschehen) begehret / auch selbst
Höchstlöblichen Kaiser Maximiliano de
des Namens / wie die noch verhanden
Beruffs-Briefe bezeugen / nach Wien in
der Reformation und anderer hohen
ber beruffen und mit Kayserl. Gaben all
beehret worden.

Die Elter Mutter Mütterl. Seiten
die Ehr- und Tugendreiche Frau
Smedes / des Wohl-Ehrenbesten /
bahren und Wohlweissen / Herrn LA
Smedes / Hoch-verdienten Rahts
dieser Stadt eheleibliche Tochter.

Von diesen vornehmen Eltern und
ist der numehro Hoch-seelige Herr Doc
ren und bald darauff Geistlich in der H.
der geböhren / und nach dem damahlig
Fürsten und Herrn / Herrn AUGUST
gen zu Braunschweig und Lüneburg et

ⓐ

